

LIMBA ȘI LITERATURA LATINĂ
MODEL SUBIECT EXAMEN DE LICENȚĂ
VARIANTA 1

1. Traduceți în limba română următorul text:

*O fons Bandusiae splendidior vitro,
dulci digne mero non sine floribus,
cras donaberis haedo,
cui frons turgida cornibus
primis et venerem et proelia destinat.
Frustra: nam gelidos inficiet tibi
rubro sanguine rivos
lascivi suboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculae
nescit tangere, tu frigus amabile
fessis vomere tauris
praebes et pecori vago.
Fies nobilium tu quoque fontium
me dicente cavis impositam ilicem
saxis, unde loquaces
lymphae desiliunt tuae.*

(Quintus Horatius Flaccus, *Carmina*, III, 13).

2. Realizați comentariul ideatic al textului de mai sus, precizând și date referitoare la autor și la opera sa.
3. Analizați cuvintele subliniate în textul de mai sus, precizând categoria morfologică căreia îi aparțin și funcția sintactică din text.

LIMBA ȘI LITERATURA LATINĂ
MODEL SUBIECT EXAMEN DE LICENȚĂ
VARIANTA 2

1. Traduceți în limba română următorul text:

*Aeneadum genetrix, hominum divomque voluptas,
alma Venus, caeli subter labentia signa
quae mare navigerum, quae terras frugiferentis
concelebras, per te quoniam genus omne animantum
concipitur visitque exortum lumina solis:
te, dea, te fugiunt venti, te nubila caeli
adventumque tuum, tibi suavis daedala tellus
summittit flores, tibi rident aequora ponti
placatumque nitet diffuso lumine caelum.*

(Titus Lucretius Carus, *De rerum natura*, I, 1-9).

2. Realizați comentariul ideatic al textului de mai sus, precizând și date referitoare la autor și la poemul științifico-filosofic, *De rerum natura*.
3. Analizați cuvintele subliniate în textul de mai sus, precizând categoria morfologică careia îi aparțin și funcția sintactică din text.

UNIVERSITATEA DIN CRAIOVA
FACULTATEA DE LITERE
Departamentul de limbi romanice și clasice
Specializarea: Limba și literatura română – limba și literatura latină

LIMBA ȘI LITERATURA LATINĂ
MODEL SUBIECT EXAMEN DE LICENȚĂ
VARIANTA 3

1. Traduceți în limba română următorul text:

Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriosa suorum aetas omisit, quotiens magna aliqua ac nobilis virtus vicit ac supergressa est vitium parvis magnisque civitatibus commune, ignorantiam recti et invidiam. Sed apud priores ut agere digna memoratu prorum magisque in aperto erat, ita celeberrimus quisque ingenio ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione bonae tantum conscientiae pretio ducebantur.

Ac plerique suam ipsi vitam narrare fiduciam potius morum quam adrogantiam arbitrati sunt, nec id Rutilio et Scauro citra fidem aut obtreptioni fuit: adeo virtutes isdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur. At nunc narraturo mihi vitam defuncti hominis venia opus fuit, quam non petissem incusaturus: tam saeva et infesta virtutibus tempora.

Publius Cornelius Tacitus, *De vita et moribus I. Agricolae*, 1

2. Realizați comentariul ideatic al textului de mai sus, precizând și date referitoare la autor și la opera sa.
3. Analizați cuvintele subliniate în textul de mai sus, precizând categoria morfologică căreia îi aparțin și funcția sintactică din text.